

**Eutropius - Breuiarium ab urbe condita (4. stol.), upraveno**

2, 12–13

12<sup>1</sup> Postea Pvrrus sibi Samnites, Lucanos, Britios coniungit et Romam (*do Říma*) pergit, omnia ferro ignique vastat, Campaniam populatur et ad Praeneste venit, miliario ab urbe octavo decimo.

2 Mox terrore (*ze strachu*) exercitus, qui eum cum consule sequebatur, in Campaniam se recipit. Legati ad Pyrrhum mittuntur, ut captivos redimant, et ab eo honorifice suscipiuntur.

3 Pyrrhus captivos sine pretio Romam (*do Říma*) mittit. Uni ex legatis Romanorum, Fabricio, qui pauper erat, Pyrrhus quartam partem regni promittebat et persuadere ei studebat, ut Romanos proderet et in exercitu suo pugnaret. A Fabricio autem contemnitur.

4 Pyrrhus ad senatum legatum de pace mandat et partem Italiae, quam occupat, obtinere conatur.

13<sup>1</sup> Pax senatoribus displicet. Senatus Pyrrho imperat, ut de Italia discedat, et dicit eum cum Romanis pacem habere non posse.